Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

in monte orationi inhereret. miracula in urbibus exercet.
imitationis uidelicet uiam bonis rectoribus sternens. ut a si
iam summa contemplando appetunt necessitatibus tamen
infirmantiu compatiendo misceant. quia tunc ad alta
caritas mirabiliter surgit. cu adima proximorum misericor
diter adtrahit. a quo benigne descendit ad infima. ua
lenter recurrit ad summa. Tales autem se qui presunt exhi
beant quibus subiecti oculta quoq; sua prodere non erubes
cant. ut cum temptationum fluctus paruuli tolerant ad
pastoris mente quasi ad matris sinum recurrant. a hoc qd
se inquinari pulsantis culpe sordibus preuident exhor
tationis eius solatio ac lacrimis orationis lauent.
Unde ante fores templi ad abluendas ingredientium
manus mare aeneum id est luterem duodecim boues por
tant. qui quidem facie exterius eminent. sed exposte
rioribus latent. Quid namq; duodecim bubus. nisi
uniuersus pastorum ordo signatur. De quibus paulo dis
serente lex dicit. Non obdurabis os boui triturantis.
quorum quidem nos aperta opera cernimus. sed apud di
strictum iudicem que illos posterius mancant in occulta
retributione nescimus. Qui tamen cum condescensionis
sue pacientiam diluendis parimorum confessionibus pre
param. uelut ante fores templi luterem portant. Ut
quisquis miserare eternitatis ianua nititur tempta

indexerono
mus.